

F.K.134.  
81

*De Terminalibus.*

II C  
1436

J. N. J. C. C.

# TERMINALIA SCHOLASTICA

Juveni Eximio, ingenioque ac  
virtute Florentissimo

# JO. CHRISTIANO LANGIO,

Chemnicensi,

cum laude

pridie Nonarum Martii A. M DCC XVI  
E SCHOLA

descendi

gratulatur,

et

ad Parnassum Lipsiensem

abeuntem

optimis omnibus

prosequitur

M. DANIEL MÜLLERUS, Rect. Schol. Chemn.

CHEMNICII, Literis Steffelianis,





Vid **Terminalia** apud priscos illos Romanos fuerint,  
si exponere hic aggrediar, cum proposito meo con-  
gruere non male videtur. Scilicet solennem ac fe-  
stum diem, quo sacra fiebant Deo Termino, **Ter-  
minalia** fuisse, antiquorum monumentorum fides nos  
edocet. Nemini ignotum, terminos aliqui lapides  
esse, quibus fines agrorum ea causa distinguuntur, ut  
cuique, quounque luae, quibus depelli non vult, quo-  
usque aliorum, quas irruere non debet, possessiones  
pertingant, eo clarius pateat. In quos terminos faxeos, id quod obiter adjicio,  
**Jobum**, inquietem (a), **cum lapidibus agri erit foedus tuum**, digitum inten-  
dere autum **Pineda**, quos, dum immobiles manent, cum domino agrorum  
videri inire paetum affirmat: quam interpretationem utut elegantem esse non  
diffiteatur Vir doctissimus, **Job. Henricus Ursinus**(b); tamen simul, ne sub-  
tilior sit, quam verior, veretur. Et ex his agrorum privatorum non minus  
quam publicorum terminis egregii illi Deorum architechi, Romani, quos Grae-  
ci hac in re paeivere (c), Deum effinxerunt Terminus, exagitati propterea a  
Christianorum omnium facundissimo **Lactantio**, **lapidem**, inquiete (d), **cotant  
informem atque rudem, cui nomen est Terminus**. Et paulo post: **Huic Termino  
publice supplicatur, quasi custodi finium Deo, qui non tantum lapis, sed etiam  
stipes interdum est: quid de iis dicam, qui colunt talia. nisi ipso potissimum  
lapides at stipes esse.** Quae causa Deorum albo inferendi terminum extiterit,  
non eadem omnium est opinio. In fabulis extat, **Rheam Saturno**, quod omnes ex  
se natos filios devorasset, lapidem faciis involutum, loco **Jovis** recens editi,  
deglutiendum praebuisse, (eius rei & **Lactantius** l.c. mentionem fecit) &  
Jovem postea illum lapidem sub Parnasso statuisse, qui primum **ρατυλος**, dein  
**τερμων** (unde latinum terminus) appellatus, ac divinis honoribus sit affectus (e).  
Alii aliunde originem ceterorum lapidum derivant, ex quibus **Hugo Grotius**(f),  
et **Thomas Reinesius** (g) tandem ad Cananaeos, superstitionis omnis auctores,  
ideoque, prae ceteris nationibus, Deo inivos quam maxime, referendam cen-  
tent; quippe qui lapidem a Jacobo in memoriam divinae in somnio visionis &  
promissionis, oleo infuso, consecratum in Bethel, divinis honoribus sint pro-  
secuti: ubi **Christoph. Adam. Rupertus** luce hac clarius esse sibi imaginatur (h),  
ab Hebraeo, בְּגַת־הָאָדָם vel **Bartula** profluxisse. **B. Augustinus**, quo, si  
**Erasmus** audias, orbis Christianus nihil habet vel magis aureum vel augusti-  
us, propter rerum finem vel terminum divinitatis opinionem consecutum  
esse Terminum arbitratur, **ad Janum**, inquiens (i), **dicuntur rerum initia per-  
tinere fines vero ad alterum, quem Terminum vocant.** Addit etiam, propter  
**initia & fines duobus istis Diis duos menses dedicatos, Jano Januarium, & Ter-  
mino Februarium.** Imo, nonnullis interjectis, Termino dari debuisse plus ho-  
noris, quam Jano, contendit, si ille rerum initia, hic fini vel termino praesit,  
cujus rei hanc interserit causam: **Major est laetitia, cum res quaedam perfici-  
tur: sollicitudinis autem plena sunt coepita, donec perducantur ad finem, quem  
qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, expedit, exoptat, nec de re in-  
choata, nisi terminetur, exultat.** Quae Augustini sententia si arripitur, dubia  
non pauca superant, praecipue hoc, cur tub figura lapidis Terminus ho-  
noratus? Sed parum nostra refert nosse, utrum alia quaepiam causa, an  
sola horum, qui agros discriminant, terminorum utilitas ac necessitas con-  
severant.

(a) Job. V, 23. (b) Analectorum Sacrorum Volumine altero Lib. V, c. 12, p. 380.

(c) Quod monstrat ex Pausania & Platone Josephus Laurentius Lib. I. Polyma-  
thiae, Differt. 35, p. 70. (d) Divinarum Institutionum Lib. I, c. 20, p. 78. edit.  
Cell.

(e) Vid. Christ. Ad. Rupertus in Observat. ad Florum p. 129. 130.

(f) in Not. ad Libr. I, de Verit. Relig. Christ. p. 113. (g) Variarum Lectionum  
Lib. III, c. 17, p. 637. (h) loco paullo ante citato. (i) Lib. VII, de Civitate  
Dei cap. 7.

secreandi Termini occasionem suppeditarit. Inter Romanos in Deorum numero primus collocasse terminum videtur *Numa Pompilius*, qui, *Floro testa(k)*, *sacra & ceremonias omnemque cultum Deorum docuit Romanos*. *Hic*, velut *Dionysius Halicarnassensis* refert (l), ut cives contenti propriis possessiōnibus non ambirent alienas, unumquemque iussit, agrum suum circumscrībere, ac in finibus statuere lapides, quos sacros esse voluit, &, si quis transferre aulsū fuisse vel tollere, legi lata caput ejus Deo Terminali devovit, interfectori ipsius impunitate promissa & puritate à scelere. Cultus, ipso jubente, Terminus, unguento velamine & corona decoratus (m), cum plurimis aliis diis, in monte Tarpeo, qua de *Alexander ab Alexandre* (n): *Primus Numa Pompilius Terminum & fidem templo sacravit, ac lege sanxit, ut, qui Terminum exarasset, ipse & boves Deo sacrificarent*. Hoc eum loco movere in animo habebat *Tarquinius Superbus*, qui splendidius & augustius Jovis templum, in monte Tarpeo, monumentum regni sui nominisque relicturus erat, & ut libera (quae *Livii* (o) sunt verba) a ceteris religionibus area tota esset Jovis templique ejus, *quod inaedificaretur, exaugurare fana facellaque statuebat*. Verum, quod pauculis interiectis, subjicit idem *Livius*, *cum omnium facellorum exaugurations admitteret aves, in Termini fano non addixere, idque omen atque guriunque ita acceptum est, non motam Terminis sedem, unumque eum Deorum non evocatum sacrificatis sibi finibus firma stabiliaque cuncta portendere*. Alii non solum Terminum, sed Juventam etiam Deam, quae *Hebe Graeco appellata* est ore, cedere, cum inauguretur Jovis templum, recusasse perhibent. Et haec, ut alios taceant, *Flori opinio(p) scribentis Cedentibus ceteris Deis (mira res dicitur) restiterit Juventas & Terminus. Placuit vatibus contumacia Numinum & quicquidem firma omnia & eterna pollicebantur*. Quin apud ipsum *Livium*, qui unum Terminum remansisse modo dixit, *Camillus alibi addit Juventam, Juventas, inquiens(q) Terminusque maximo gaudio patrum nostrorum se moveri non passi*. *Andreas Alciatus*, *JCTus Celeberrimus*, haud inscite Terminis formam exprimit (r), canens:

*Quadratum infoditur, firmissima tessera, saxum,  
Stat cirrata super pettore imago tenus,  
Et sece nulli proficitur cedere: talis  
Terminus est. etc.*

Et huic Termino Terminalia, mense Februario, & die quidem vigefimo (t), celebrata sunt magna rusticorum solennitate, quorum intererat, ne agrorum termini disturbarentur. Quae vero hoc festo sacrificia oblata? Primo incursum sacrificium ordinaverat Numa. Namque in *Termini sacro nibil animatum sacrificari, mos habuit, quia cum Deum, velut pacis custodem, à caede immunem esse volueret* (t). Libo ergo & farina ac fruge ac mola falsa Termino apud prīcos litabatur sub dio (u). Elegantibus versibus haec Terminis sacra complexus est *Ovidius*, ex quo, priori conseruidine, ut fieri amat, immutata, Termino postea animalia quoque caesa, discimus. Ita enim ille (x):

*Spargitur & caelo communis Terminus agno,  
Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.*

Cum

(k) Lib. I, Hist. Rom. c. 2. (l) Lib. II, Antiq. Roman. p. 133. (m) uti ostendit, prolixie de Termino agens, Josephus Laurentius Lib. I, Polymath. Diff. 35, p. 70, seq.  
(n) Lib. II, Dier. Gen. c. 22, p. 91, b. Confer & Rosini Antiq. Rom. Lib. II, c. 20, p. m. 406. (o) Lib. I, Hist. Rom. c. 55, p. m. 41. (p) Lib. I, Hist. Rom. c. 75, 8. (q) Lib. V, Hist. c. 54, p. m. 222. (r) Emblemata Lib. II, Emb. 59, p. m. 221, seq. (s) Ita Augustini Interpretis Thomas Valojo & Nicolaus Triveth in locum Augustini supra allegatum annotarunt, (t) Verba sunt Alexandri ab Alexander loc. cit. (u) Sacrificiorum horum rationem non male exposuit Dalechampius in Not. ad Plin. lib. 18. p. m. 808. (x) Lib. II, Fast. v. 655, seqq.

JK  
Tc  
1436

Cum quo consentit Lyricorum Princeps, dum agnam festis caesam Terminalia bus commemorat(y). Plura sunt, quae de Termine & Terminalibus proferri in medium nullo negotio possent; verum ad Terminalia, quae plagulae titulus loquitur, accedere juvat, ad Terminalia Scholastica, quae eodem jure hoc nomine licebit insignire, quo Seculorum Terminalia, quae vergentibus in finem seculis congerunt, sunt appellata (z). Terminalia vero Scholastica jam non mino discessum, quo Juvenis eximus, ingenioque & virtute florens maxime

## Johannes Christianus Langius,

Viri Nobilissimi ac Amplissimi, *Dn. Joh. Casparis Langii*, Senatoris & Mercatoris apud nos Solertiissimi filius natu major vitam scholasticam cum laude terminat, & ex umbra in Academiae lucem tempestive se confert. Ab ineunte ille aetate sollicite admodum educatus fuit, ac diu in paternis aedibus ad ductum privatorum Praeceptorum, in quibus praecipue Vir admodum Reverendus atque Doctissimus, *Dn. M. Adamus Godofredus Vogelsangius*, qui Crotendorffii jam Dei gregem in laetissima divini verbi pascua ducit, filendus mihi est neutiquam, studiofissime se applicavit. Post scholae nostrae publicae a Patre Prudentissimo ante hoc sexennium, & quod excedit, commissus, expectationem sui, quam domi concitaverat, laudabiliter sustinere ac tueri nullo non tempore studuit. Plurimi juvenum, dum caler sangvis, extra terminos ac cancellos, quos Parentes ac Magistri ipsis circumdedere, ita cupide solent egredi, nulla ratione retineri ut possint. At *Langius* bonos illos, quos sibi constitutos vidit, fines ac terminos transfilare noluit. Continuit sele intra terminos probatis, quos excedere religioni sibi duxit, nec usquam vitam statuit, quam ubi locus est virtuti, in qua spiritum quasi ducendum sibi esse non ignoravit. Unde ab omnibus ejusmodi conventibus, quos multi juvenum liberioris vitae causa quaeritant remotos, domi se libenter tenuit, non ut ibi situm contraheret, sed ut mentem a improborum contagione puram intemerataamque servaret. Neque etiam *Noster* modestiae terminos unquam neglexit, siquidem, quod *Nepos de Miltiade* memorat, inter aquales unus omnium maxime floruit modestia, quam vultu, verbis, moribusque compositis erga Praeceptores & alios quovis declaravit. Ad haec diligentiae suae terminos, uti agris eos ponimus, non circumscriptis, sed in animo bonis artibus imbuendo acerrime semper fuit occupatus. Saepius enim, quod novi, diem industriae suae haud sufficeret putavit, somni dulcedinem huic, quam ex literis haulit, favitati posthabens. Non ea, quae in schola disceret, angustis latinae linguae, quam in deliciis tamen habuit, terminis coarctavit, sed Gallorum etiam scripta intelligere didicit, & nec eloquentiae, nec historiae, nec Geographiae, nec Philosophiae hospes ad Lipsiensis Athenas excurrere voluit, quo melius præparatus accederet, eo facilius nobilem Juris peritiam comparari posse non nesciens. Talia ergo Tibi, *Langi Dilectissime*, sunt vitae Scholasticae Terminalia, quae superstitionis illis Romanorum Terminalibus longe præfero. Et quid obstat, quo minus haec Tibi Terminalia toto corde gratuler? Ut terminas vitam scholasticam, non diligentiam, quae patentiorem nausta campum exultabit quasi, latiusque se diffundet: ita Deus benignissimus vires et animi & corporis roboret, quo præclarara, quae minaris, exequi ex voto possis. Serus & Tibi & Honoratissimo Parenti contingat vitae terminus, quo & honores, quos *Justinianus* Tibi decernet, & lactitia, quae ad Illum inde redundabit, sero terminentur.

(y) Epod. Libr. Ep. 2. v. 59. (z) Ita inscriptis Disputationem *Dn. M. Godofredus Ludovici*, iam Doctor Theol. & Director Gymn. Coburg.



UD 18

me

J. N. J. C. C.

II C  
1436

## TERMINALIA SCHOLASTICA

Juveni Eximio, ingenioque ac  
virtute FlorentissimoJO. CHRISTIANO  
LANGIO,

Chemnicensi,

cum laude

pridie Nonarum Martii A. M DCC XVI  
E SCHOLAdescendenti  
gratulatur,

ad Parnassum Lipsiensem

abeuntem

optimis omnibus

prolequeuntur

I. DANIEL MÜLLERUS, Rect. Schol. Chemn.

CHEMNICII, Literis Stäffelianis,

Farbkarte #13

Centimeter

B.I.G.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368